491об

Cum eiusdem mariti sui vitrici tutoris coniugalis personali assistentia et consensu presente eo sana mente et
corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobilem Mathiam Tyszka Rokowsky Parentem
suum de solutione dotis ipsam de bonis Rokici Kołtry et alijs eo spectantibus paternis et maternis legi:
time concernentis tum et paraphernalibus, ob satisfactionem quietat et liberum facit bonisque omnibus pa:
ternis et maternis abrenunciat perpetuis temporibus.

Olędzki Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. ptō comparens Nobilis Andreas
olim Stanislai Olędzki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia
Nobilem Albertum filium Floriani Olędzki de solutione Quatuordecem Florenorum Polon. debiti co:
ram Actis autenticis inscripti ob satisfactionem plenariam et persolutionem quietat emittit et
liberum facit inscriptionem eiusmodi cassat annihilat perpetuo et in aeuum.

Roszki Włodki Quietatio.

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Bransceñ. ptō comparens Nobilis Stanislaus
olim Valentini Roszkowsky de Włodki Roszki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere
recognouit. Quia Nobiles Adamum ol. Francisci Roszko de causa et actione ipsi ratione non
solutionis stipendiorum et expensarum pro expeditione bellica ex bonis Roszki Włodki Włodki
per ipsum a nobilibus Gregorio et Joanne Woinowski et alijs personis quantis non solutionis
nec restitutionis ad Judicium Capturale Terrae Bielscensis instituta, ob praestitam sufficien:
tem satisfactionem quietat emittit et liberum facit processum totum cum eius effectu cas:
sat perpetuis temporibus.

Pietrzykowo Wyszki Donatio.

Coram offo et Actis praesen. Castren. Capitan. Bransceñ. personaliter comparens Nobilis Pe:
trus olim Joannis Pietrzykowsky de Pietrzykowo Wyszki sanus mente et corpore existens
palam publice verbisque perexpressis recognouit. Quia Nobili Benedicto filio ol. Stanislai Pietrzy:
kowsky et ipsius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Pietrzykowo Wyszki consistentem
aream quatuor sulcorum incipien. a granitie Pietrzykowska [illegible] per plateam
usque ad viam qua de Szumki ad Bielsk itur protendentem inter metas filis Jacobi Pie:
trzykowsky et successorum ol. Mathei Pietrzykowsky iacentem cum horto pomario
atque aedificijs stuba nigra, et atrio, sibi divisione ab olim fratre suo cessis et omnibus
utilitatibus fructibus, attinentijs et pertinentijs, nec non cum omni iure suo dominio proprietate
propinquitate stuloque haereditario pura mera syncera et irreuocabili donatione perpe:
tuis temporibus dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter resignauit. Cui intromissionem
iam exnunc realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et alteros duos offitiose
acceptandam dat et admittit. Pacem quoque tuitionem euictionem omnimodam occ:
casione praemissorum, ab omni impedimento iuridico et iniuridico quarumlibet perso:
narum propinquarum et remotarum toties quoties opus et necessarium fuerit expter:
tim a filiis ipsius suis per et ultra omnes personas tenetur cauet et se de omnibus
bonis suis cum posteris suis inscribit sub damnis tribus simpliciter taxati et edicendis
Et coram offo praesenti in primo Euictionis Termino peremptorie responsione ac satisfactione. offo
in quantum iuris remedijs et defensis se omni absorbendo et abrenunciando.